



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

III. Manent Ne Peccata in sanctis in hac uita?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

imp̄ inde usq; ab Adam sonare uoluit, ut arguat peccatum, &  
dindat, quz opera & qui cultus Deo placeant, ut regnatur corda  
coro Dei in fide & operibus, iuxta dictum: Lucerna pedibus meis  
urbam tuam. Et in cap. 15. Numeri: Non sequantur cogitationes  
tuae, & oculos meretricios, sed memores præceptorum Domini faci-  
tua & finis sancti Deo: Ego Dominus Deus uester, qui eduxi uos  
de terra Aegypti. Et cum Ioannes inquit: Peccatum est, quicquid  
contrarium est legi, uult sciri, normam esse operum legem Dei. Et  
Iacob addit: Qui facit peccatum ex Diabolo est. i. Cor 6. Scortato-  
ri, idololatria, adulteri, &c. regnum Dei non possidebunt.

Ezechiel sunt igitur *arrivales*, qui nolunt doceri legem  
mortalem in Ecclesia, & singunt omnes suos imperii esse motus Spi-  
ritus sancti, & nolunt gubernari lege Dei. Hæc deliramenta Antino-  
rum sunt horrendi furores Diabolici, quales fuerunt olim simili-  
tae in seculum multarum, aduersus quos muniamus nos uerbo Dei: In  
præceptis meis ambulate. Item: Pater sanctifica eos in ueritate,  
femo rursus est ueritas. Petamus etiam ardenter uotis, ut ipse filius  
Dei gubernet nos, ne contagij errorum polluamur, sicut precatur  
Prophetæ: Fæcum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iusti-  
ficaciones tuas doce me.

#### I. Q Y O M O D O P L A C E N T

bona opera Deo?

R E S P O N D E O. Placent in conuersis ad Deum hoc modo. P R I M U M  
necessitatem credere, quod persona sit reconciliata Deo propter Christum  
gratis, fide, non propter dignitatem nostram. S E C U N D O  
sciendum est, nos non satisfacere legi, sed habere in nobis multa inten-  
tio peccata, dubitationes & malas inclinationes, peccata ignorantie  
& omissionis. Et deploranda est nostra immundicies, & repug-  
nendum dubitationibus & effectibus. T E R T I O sciendum  
est, tamen oportere in nobis esse incoamat obedientiam iuxta præ-  
cepta Dei, & hanc Deo placere in reconciliatis propter mediatorem,  
sit dictum est: Offerte Deo hostias spirituales, placentes Deo pro-  
pter Iesum Christum.

#### III. M A N E N T N E P E C C A T A

in sanctis in hac uita?

R E S P O N D E O. Sunt & manent peccata in renatis in hac  
uita, uidelicet, non delicta contra conscientiam, sed interiora mala,  
mutum caliginis & dubitationum, multæ ignorantia, omissiones,  
præter inclinationes, & flammæ malorum affectuum, quibus tamen  
repugnant sancti Spiritu, retinentes timorem Dei, fidem & inuoca-  
tionem, nec ruerentes contra conscientiam, sed deplorantes nostram  
infirmitatem, ac patentes & credentes remissionem, iuxta dictum: Si

A a 2 Sp. i

Spiritu mortificatis actiones carnis, viuetis. Item: Nulla mōe  
condemnatio est his, qui in Christo Iesu ambulant.

QVAE PECCATA NON SVNT IN PAV  
ctis? id est, proper quæ illi qui fuerunt renati, amitt  
tunt gratiam & Spiritum sanctum, & rursus  
sunt rei æternæ poenæ?

R E S P O N S I O. Propter peccata contra conscientiam, & apud  
contra fundamenta, id est, contra articulos fidei, renati amitt  
Spiritum sanctum, & sunt rei æternæ poenæ, & nisi rursus ad Deum  
conuertantur, ruunt in æternas poenas, ut Adam vere fuit reus nimis  
iræ propter lapsum. Et Paulus inquit i Corinθ. 6. Scortatores adul  
teri, homicidae, &c. non possidebunt regnum Dei. Item Gal. 5. Mo  
nifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, idololatria, & co  
talia faciunt, regnum Dei non possidebunt. Et Matth. 12. expedit  
Etum est: Redit Spiritus nequam, &c. Et 2. Petri 2. Cum rediret  
vomitum ut canes, sunt eis postrema deteriora prioribus. Aliquaten  
tem procul per pœnitentiam redeunt ad Deum, ut Adam, Anna,  
Dauid, Manasse, & alij multi.

## DE PECCATO BLASPHEMIA.

DIFFERUNT NE PECCATUM  
contra conscientiam, & blasphemia?

R E S P O N D E O. Prorsus differunt. Dauid habuit magna & tri  
stia delicta contra conscientiam, & tamen non fuit blasphemus. Non  
peccatum contra conscientiam est genus, id est, violatio conscientiae  
mandati, quæ si a sciente & volente. S e n singularis species  
est Blasphemia, quæ est contra conscientiam oppugnare agnitionem  
ritatem à Deo parefactam, vel perseverantia in Epicureo contentum  
Dei, vel desperatio, aut anteferre peccatum meritis filii Dei, causa  
dictum: Exuberat gratia supra delictum, sicut Cain inquit: Mala  
est peccatum meum, quam ut remitti poscit. Non fuit autem blasphem  
mia in illis, qui redeunt ad pœnitentiam, ut in Aaron, Manasse, &  
tro. Paulo. E t nos regulam tenere debemus: Omne peccatum  
remitti agenti pœnitentiam, & fide amplectenti promissione gru  
tiæ, promissæ propter filium Dei, iuxta iuramentum: Vivo ego dicit  
Dominus, nolo mortem peccatoris, &c. Item: Venite ad me omnes,  
qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

QVOMODO DIFFERT DOCTRINA DE INSTE  
ficatione in Ecclesiis nostris, à Papistica doctrina?  
M V T I P L I C I T E R differt. Sed tres præcipuæ anathemæ  
sunt in conspectu. I. PRIMUM Papiliæ dicunt, oportere homi